

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paciencia h
cum fonte primo

Doctrina uiri per pacienciam noscitur.
Tanto ergo quisque minus ostenditur
doctus, quanto conuincitur minus
paciens. Nec enim potest ueraciter
bona docendo impendere si uiuendo
equanimiter nesciat mala
tollerare.

Gregorius super ewangelia omelia
XXXV.

Scriptum namque est:

Doctrina uiri per patientiam noscitur.
Tanto ergo quisque minus ostenditur
doctus, quanto conuincitur minus
paciens. Neque enim potest ueraciter
bona docendo impendere, si uiuendo
nesciat aequanimiter aliena mala
tollerare.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 2, 35, 5 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.325, ll.127-131).